Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

adducendus de captura reti. non elegit princi-
pes aut sapientes sed piscatores quorum
unus beatus Andreas extitit qui verbo et exemplo pulch-
errime illuminavit. Sic fac et tu pro posse tuo. ¶
Quartum genus est cultorum operariorum qui in sudore vul-
tus vescentes pane suo multos filios suos
ad fidem christi adoptaverunt unum in filium nutri-
entes eum in membris suis. ¶ Tales vocat deus
cum Betseleel. de quo dominus dicit Exo. xxxi. Ecce
vocavi Betseleel et implevi spiritu sapientie in omni
opere et opere auri et argenti. Ille aurum et ar-
gentum malleat qui nullo operi fraudes ad-
misceret. Sed in veritate operando pauperi mi[illegible] secure.
Bene tu Betseleel id est iuste operarum gaudeas. qui
vocatus es a domino proprie. Labor enim tuus et cetera. Respi-
ciebat deus operarum beatum Andream et alios apostolos qui
reficiebat rethia sua ut nudum panem ede-
rent. ¶ Quintum genus est parvorum familiarium qui
avaritia lucra regionis eliminant domum fraudulen-
tes familiam neque sit in domo eius qui eam ma-
culet mala vita. Tales vocat dominus cum Sa-
muele. de quo legitur i. Reg. iii. Cum dormiret in
templo coram Hely. dominus vocavit eum dicens Sa-
muel Samuel. Qui postea ex voluntate
domini factus iudex Israel curabat iustitiam sollicitus
de vita populi sed postquam senuit quodam populo
ut habetur eodem libro xii. dixit: presto sum coram
domino loquimini de me si cuiusquam bovem tuli vel
aut asinum aut si aliquem calumpniatus
sum aut oppressi aut de manu alicuius munus accepi.
Responderunt. Non. Videte quod preclare familiaris
erat iudicis et domini. et talis fuit Samuel. Sed
credo quod pauca sunt Samueles in Bohemia.
Sed beatus Andreas bonus fuit prefamiliaris qui suorum
erat valde sollicitus. Quidam namque iuvenis
beato Andree conquestus fuit quod mater sua cum de re-
illicita attemptasset et quia ei non assensi crimen
sue malicie in me coram iudice retulit. Hoc
audiens beatus Andreas cum iuvene iudicem adivit
et iudicavit illi malediceret. Crudelissima
feminarum que propter tuam libidinem filium tuum mo-
riri vis. illa clamaret beatum Andream

esse filii sui instructorem et apostolum cum iuve-
ne precepit occidi. Orante beato Andrea magnus
a fulmine percussa est et alii visu in terra lapso
ceciderunt. Ecce qualiter fuit pro suis sollicitus. Sic fac
et tu. ¶ Sextum genus est penitencium hos vocat
dominus cum Moyse ut faciant fructum penitentie. Quia
ipse Moyses dicit Exo. iii. Dominus deus Hebreorum
vocavit nos. ibimus viam trium in solitudine
viam trium dierum quando penitentes recedunt a conte-
ntio confessio satisfactio. Sic beatus Andreas pro alie-
nis peccatis penituit. Cum enim quidam senex
omnes dies luxuriose expendisset et ad ultima au-
diret in libris quam eum angelum ducebat propter ewangelium quod
super se habebat compunctus est et beatum Andream accesit.
Sic beatus vero Andreas v. diebus pro eo orans ieiuna-
vit et venit ad eum vox dicens. Pro te senex sal-
vabitur. Sed sicut tu pro eo ieiunasti sic ipse pro
se ieiunare debet et hoc est quod dominus hos qui voluit ut pro
eis agat penitentiam. Sed si vis a peccato purgari
habe intercessores et ipse age penitentiam. ¶ Septimum genus
est adversa fortiter tollerancium hos vocavit cum Iob.
ad infirmitates pacienter tollerandas quia ipse
dixit. Si occiderit me in ipsum sperabo. Ad hoc nos in-
citat beatus Andreas. Cum enim proconsul Egeas patris
civitatis magistratus fuisset beatus Andreas ei occurrens
fidem christi et passionis eius predicans mysterium.
Egeas vero eum xxi hominibus cedi iussit et cum
manibus et pedibus ligatum ad crucem ut diucius
vivens plus pateretur. Ille vero stans in cruce accessit
sic et in ea duobus diebus supervixit laudans
dominum. Sic et tu usque ad mortem patiens persevera.
¶ Octavum genus est de mundi exilio exeuncium qui hic
pro domino militaverunt. hos vocat dominus cum sponsa
dicens. Veni de Libano veni coronaberis. O quam felix anima que
sic a domino meretur vocari. Quia sic vocatus est beatus
Andreas. Cum enim Egeas consilio a populo veniret
ut beatum Andream de cruce deponeret. dixit: Quid pro penitentia
venis ipsum consequens si aut ut me deponas
scias quod vivus de cruce non descendam. Iam enim
video regem meum qui me expectat. Et statim
splendor nimius de celo veniens eum circumdedit
ita ut nullus eum videre aut cernere posset.